Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35511
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Omnipotens sempiterne deus. qui dominum
nostrum hiesum xpm. die azi-
morum. super pullum asine sedere feci-
sti. et turbas populorum. vestimenta vel
ramos arborum. in via sternere. et osan-
laudē na cantare. in ipsius docuisti. da quesumus.
ut illorum innocenciam imitari possimus.
et eorum meritum consequi mereamur. Per eundem.
In reditu an. Cum audisset
populus quia hiesus venit hierosoli-
mam. acceperunt ramos palmarum.
et exierunt ei obuiam et clamabant
pueri dicentes. Hic est qui venturus est
in salutem populi. Hic est salus nostra et
redemptio israhel. Quantus est iste
cui throni et dominaciones occurrunt.
Noli timere filia syon. ecce rex tuus
venit tibi sedens super pullum asine
sicut scriptum est. Salue rex fabrica-
tor mundi qui venisti redimere nos.
An. Cum appropinquaret dominus